officia intratur uel tunc xpiane religionis congregatio
ecclesiam di intrans ad ceteras officiorum laudes praeparat
se interturam. Sicut enim inuitatorium dicitur. ab in
uitando cum inchoatur officium nocturnum et dicitur
uenite. Ita introitum ab introeundo. quando intrat
diurnum. Antiphonam autem ad introitum caelestinus natio
ne campanus pontifex rome constituit. ut ante sacrifi
cium celebraretur quod ante non fiebat. nisi tantum episto
la pauli recitabatur. et scm euangelium. Inde kyrieelei
son dicitur quod ex greco in latinum dne miserere nobis
interpretatur. sic et xpe eleison hoc est xpe miserere nobis. hymnum
uero angelicum id est gloria in excelsis do tunc angeli cecinerunt
quando natus est dns. quem etiam telesphorus pontifex natione
grecus statuit. ut ante sacrificium psalleretur qui et constituit
ut in natale dni per noctem missae celebrarentur. Deinde legitur
epistola pauli. paulum omnibus notum est doctorem gentium esse. et
quia a dno uas electionis fore meruit. Idcirco idem dnm in cor
pore manere et ex quo quasdam scribendo gentes ut tempus docuit.
Inde nunc cotidie dum recitatur omnium mentes fidelium fidei
firmitate roborat et solidat. Post responsorium graduale psallitur
et dictum responsorium quod uno cessante hoc ipsum alter respon
deat. Graduale autem dicitur ad aliorum distinctionem respon
soriorum quod hoc in gradibus. hoc est in pulpito psallitur. cetera
ubicumque uoluerit clerus. Deinde cantatur all quod ex hebreo
in latinum laus dei interpretatur. Ex duobus enim ebraice locu
tionis uerbis hoc unum est compositum nomen. Decem quippe
nominibus apud hebreos ds uocatur. ex quibus ia quod hic
dicitur unum est. Ceterum haec in officio melodia a ceteris sunt
institutoribus praeposita ut populus laudibus dni insistens.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_485/0041